cum deo. Nec vnitas non intelligēda fm identitatē realis existētie. sz fm quandaz ꝓformitatis ⁊ trāsformatōis silitudinem sequaq̄ ergo estimādū est p̄fatū fratrem Johannē de Ruysbroech fuisse istius opinionis vel erroris q̄ voluisset asserere spiritū rōnalem in beatifico vniri diuine essentie p trāsformatōez essentialē in identitatē diuine nature. aut q̄ nō sit necessariū q̄ potētia intellectiua creata sit eleuata p habitū supnaturalē lumīs glie ad eliciendum actū beate visionis. Sz ita videt sapere q̄ qr ipe de⁹ ꝓpter summā ei⁹ simplicitatē mēti illabit ideo cognoscem⁹ eū in seipo obiectiue ⁊ etiā per seipm repsentatiue vt ly in ipo excludit mediationē specie qr ī patria deus absq̄ specie ⁊ silitudine cognoscet. ⁊ ly per ipm excludat mediatōnē lumīs extranei diuinā essentiā repsentantis. qr essentia diuina ī suo ꝓpio lumine videbit. Nō em requirit aliud lumē de foris ab essentia. sic lumē solis requirit ad videndū colores ⁊ rez species: q̄s in tenebris videre nō possum⁹. sz p ꝗ nō vult dicere/ quin actu nr̄o creato/ ipm deū cognoscam⁹/ ⁊ p ꝗsequēs optet q̄ ipa potētia intellectiua sit p habitū supnaturalē informata vt possit ptingere ad istud obiectuz finitū ad qd̄ et se ptingere nō pt. Et qr in visione beatifica ipm visū nō videt p similitudinē sz p essentiā efficit qdāmodo intra videntē. Et ꝗ aūt q̄ ipm visū receptū est intra videntē vnit sibiipm videntē. vt fiat q̄si quedā penetratio mutua p amorē sic dicit Joh. iij. Qui manet ī charitate ī deo manet ⁊ de⁹ in eo. Ad vnionē aūt maxime ꝓueniētis sequit delectatio sūma ⁊ ī ꝗ pficit nostra felicitas. Et q̄ patet q̄ gaudiū fruitōis in actu diuine visionis q̄ videt diuina essentia nude in seipa inchoat sz in dilectōne ⁊ amplexu vnitiuo ⁊ gustu affectuali diuine dulcedinis pficit ⁊ ꝓsummat. Quānis em fruitio nō sit sine visione. pfecti⁹ est tm in dilectōe. Sic em hic pfectius est diligere q̄ agnoscere sic ⁊ ibi intellect⁹ noster implebit leticia visionis: sz affect⁹ noster implebit leticia dilectionis cui ꝓuenit ꝓire ⁊ trāsformare. Ad gaudiū beatitudinis tria ꝓcurrūt. perfecta visio. plena cōprehensio. inhesio amoris consūmati. Et ī isto stat tota sūma dictoruz fratris Johānis de ruysbroech ꝓcernentiuz p̄sentē materiā. Uñ sicut ex ipis dictz manifeste colligi ⁊ elici pt ipe ponit beatitudinē nostrā ꝓsistere in distinctiua siue discretiua cognitōe ⁊ ꝓtemplatione dei intuitiua. ⁊ hanc vocat beatitudinē actualē. ⁊ in fruitione dei quiescitiua vbi aia igne diuini amoris resoluta liq̄scit ⁊ deficit a seipsa ⁊ spoliata oīm viriū suaꝝ ꝓpria ⁊ naturali actiuitate mentalē simplicitatē induit ⁊ imaginis increate assequit assimilationē. Gaudiū fruitōis est tante magnitudinis ⁊ tā indicibilis suauitatz q̄ mēs beata vel humana plene cōprehēdere nō pt. sz tota absorbet ex plenitudine illi⁹ gaudij sic stilla aque absorbet a vino forti. vt dic Bet. Et istū gustū fruitōis oēs vires aie indicibili gaudio absorbēt ⁊ hāc inhesionē ⁊ amplexū mellifluū indissolubilis charitatz et absorptionē abyssabilē amoris vbi aia in abyssat ⁊ totaliter in deū trajicit ⁊ trāsformat appellat beatitudinē essentialē. qr ibi aia oīm viriū suaꝝ actiuitate spoliatur ⁊ vtit sola ꝓsolatōe diuīe suauitatis. Ibi inquit in pace in idipm dormit ⁊ requiescit. dormit ī quietatōe plena intellect⁹. requiescit in plena satiatōe affect⁹. Et sic patet q̄ sensus ei⁹ est verissimus nec discrepat a sentētia sanctoꝝ patꝝ. Et si est aliq̄s error in dictis suis ille solū stat in q̄d nois. noia aūt sūt ad placitū. ⁊ ideo talis error nō est magni ponderis. Q̄, aūt dicit q̄ ad fruitionē spectat plena cōprehēsio. ꝗ non est sic intelligēdū q̄ beati cōprehendūt totaliter ipm deū fm omnē modū q̄ est cognoscibilis. talis em mod⁹ cōprehensionis diuine nature est impossibilis omni creature vt patet Joh. i. vbi dicit. deū nemo vidit vnq̄. Sz iste mod⁹ cōprehensionis attenditur q̄tū ad īmediationē cognitōnis. de q̄ superi⁹ dictū est. qr beati verbū eternū et oīa alia in seipo ⁊ p ipm cōprehendēt ⁊ cognoscent. Juxta illud p̄s. In lumine tuo videbim⁹ lumē ꝗ est teipm qui es lumen subsistens dicit Augustin⁹.

Restat nūc vlteri⁹ videre q̄liter sane intelligēda sunt illa dicta fratris Johānis d̄ ruysbroech q̄ dñs cancellari⁹ in epla iudicat esse repudiāda tanq̄z erronea vel male explicata quoꝝ primū est istud q̄ d̄r. Perdit aia ꝓtemplantis ī esse tali diuino abyssali. ita q̄ non sit repibilis ab aliq̄ creatura. ꝗ vez est si sane ītelligat. Sic quippe intelligendū est q̄ in ꝗ gdu ꝓtemplatōnis

qm̃ mens rapiť in diuini luminis abyssũ
oim exterior obluiscit. nesciq; penit⁹ se
ipsam/seip̃m exuit ⁊ diuinũ induit quen/
dã affectũ ⁊ supmundanũ/totaq; trãsit in
deũ suuz/ ⁊ in aliã gloriã quã creatura sub
esse creaturali nõ attingit. qz in tali statu
esse suum creatũ ⁊ sue nature hõ excedit/ ⁊
sub esse diuĩe gr̃e ita sublimiter diuĩe sub/
stantie vnit q oẽs vires ⁊ potẽtie rõnales
supra se eleuant ⁊ in diuinã claritatẽ trãs/
formant/ ⁊ sic non est repibilis ibi ab aliq
creatura. Supra intellectũ em̃ ⁊ mentem
ibidẽ deũ cognoscit. Intellect⁹ em̃ noster
⁊ sensus corpore intra terminos creatu/
re exercent nec etiã intellectus excedit ens
aut speculũ. Unitio aũt excedit sublimi⁹
intellectũ theoricũ q̃z intellect⁹ imagina/
tionẽ vel sensuz. Mens em̃ in hac vnione
diuina ⁊ extatica transcendit omnẽ crea/
turã ⁊ seip̃az ⁊ omnẽ actũ viriũ appĥensi/
uarũ. Et p tãto dicit q nõ est repibilis ab
creatura. Ad hanc abstractionẽ dyonisi⁹
inuitabat thimotheũ ĩ mistica theologia
dicẽs. Tu aũt amice thimothee/circa mi
sticas visiones forti ꝓritõe ⁊ sensus relin
que ⁊ intellectuales opatões ⁊ oia sensibi
lia ⁊ intelligibilia ⁊ oia existẽtia ⁊ nõ exi/
stentia. Et sicut est possibile ignote ꝓsur/
ge ad ei⁹ vnitionẽ q̃ est sup omnẽ substan/
tiã ⁊ cognitõez. etem̃ excessus tuip̃si⁹ ab
om̃ni irretẽtibili ⁊ absoluto mũde ad sup/
substantialẽ diuinaz tenebraz radiũ sur/
sum ageris. vide aũt vt null⁹ indoctoruz
hec audiat. In ĥ ꝛbo dionisij sapiẽtia sũ
ma includit/ ⁊ culmẽ toti⁹ pfectõis vt pos
sibile est/ via ⁊ pfunditas libroz dionisij
ariopagite. ¶ Qd̃ p̃terea subiũgit q intẽ
tio autoris pfati videť esse q aĩa desinit es
se in illa existẽtia qua prius habuit claret
ex supra dictis q intentio autoris talis ñ
fuit q̃lis exprimit a p̃dicto magistro. sz ex
abundãti licet nõ incõueniẽter possumus
dicere q intentio autoris talis est q excel/
lentia rationalis creature in ĥ pficit ⁊ cõ/
summať qñ ꝓsurrectõe amoris extatici in
illud principiũ reuertit vnde primordia/
liter exiuit. ⁊ qñ aĩa intrat in istud diuini/
tatis archanũ ⁊ in illud intime quietis se
cretũ. tunc non oportet q ibi fiat corpis ⁊
aĩe dissolutõ/ sz in hmõi trãsformatõe aĩa
diuidit a spũ p hũc modũ vt qd̃ aĩale cor/
pulentũ ⁊ fetulentũ est deorsũ remaneat.
Spũs aũt ⁊ qd̃ spũale est ad sũma euolet
⁊ vsq; ad speculatõez diuine gl'ie sublime
tur/ ⁊ in eandẽ imaginẽ trãsformeť. Nihil
in creaturis vt dicit Richard⁹ in libro de
exterminatõe mali hac diuisione mirabi/
lius cernitur/ vbi istud qd̃ est essentialiter
vnũ atq; indiuiduũ/ in seip̃m in quandaz
portionẽ diuidit/ neq; in hoĩe vno alia est
essentia ei⁹ spũs atq; alia ei⁹ aĩa sz vna ea
demq; substãtia simplicis nature. Hõ em̃
in ĥ gemino vocabulo gemina substantia
intelligit/ sz tñ ad distinctõez ponit gemi/
na portio eiusdẽ essentie. Uñ supior p spi
ritũ. alia inferior p aĩaz designať ¶ Uñ p
planiori intellectu istoz habẽdo est ꝓside
randũ q spũs noster q̃nq; intantũ a corpe
⁊ aĩa diuidit vt spũs in spiritu ⁊ asserať et
q̃nq; spũs sup̃ spũm esse dicať. ⁊ q̃nq; spi/
ritus sine spiritu esse credať. Primũ patz
in Johãne q̃ de seipso dicit Apoc. i. Ego
fui in spũ dñico die. Qd̃ exponẽs haymo
sup apocalipsim dicit sic. Johãnes sic in
spiritu fuit q tñ ip̃az carnẽ fundit⁹ nõ de/
seruit sz spiritui eternitatis spũs ei⁹ adhe
sit ⁊ a spũ docẽte assumpt⁹ fuit spũs docẽ
dus. ideo tã mirabilia ⁊ pfunda vidit. Ri
chard⁹ aũt exponẽs idẽ verbũ dicit sic/ an
ĥ est spũm in spũ esse semetip̃m intra seip
sum totũ colligere ⁊ ea que circa carnẽ seu
etiã ĩ carne gerunť interim peni⁹ ignora/
re. Secundũ liq̃t in petro d̃ q̃ in actibꝫ ca.
xij. dicit. Et petr⁹ ad se reuersus dixit ꝛẽ.
Qd̃ exponẽs Richard⁹ libro. ij. de ꝓtẽpla
tione. Hoc sane non insipiẽter dicit q pe/
trus lõge supra homiez fuerit. qz lõge a se
metipo ⁊ supra semetip̃m recessit. Alioq̃n
nõ erat a q̃ ad se reuerterеť. Hoc idẽ ostẽ/
dit hugo sup septimũ hierarchie dicens.
Acutũ amoris est cũ oia trãscendẽdo de/
spicit Supferuidũ aũt amoris est cũ etiã
semetip̃m ꝓtemplãdo relinq̃t. ⁊ in ꝓtẽpla
tione dilecti se d̃spicit ⁊ miro modo fit vt
p dilectõis ignẽ in illũ sustollit q̃ est supra
se ⁊ p vim amoris expellit ⁊ exeat a se nec
se cogitat dũ deũ solũ amat. Terciũ appa
rebit in regina saba. de q̃ legit. iij. Reg. iiij.
c. q regina saba vides sapiẽtiã salomonis
⁊ domũ ⁊ habitacula ⁊ ordinẽ ministran/
tiũ nõ habebat vltra spũm. Qd̃ exponẽs
Richard⁹ lib. v. d̃ ꝓtemplatõe. c. xij. recte
nõne dicit spũs seip̃m nõ habere. qñ inci/
pit a seipo om̃ino deficere ⁊ a suo esse ĩ su/
permundanũ quendã ⁊ ꝛe plus q̃z huma
nũ statũ trãsire/ in mirabili trãsfiguratõe/

spūs ille ab humano videat in diuinū de
ficere ita vt ipe iā nō ipse eo dūtaxat tpe q̄
dño incipit alti⁹ inherere. Qui aūt adhe/
ret deo vn⁹ spūs est. Et sic totū ī istud di/
uinitatis archanū ītrat clamās cū ps. dese
cit ī salutare tuū aīa mea. hec ille. Isto ha
bito ⁊ intellecto facillime oīa illa dicta hu
ius tercie partis de nuptūs intelligunt ⁊
exponunt. ¶ Ex isto patet facillime intel
lect⁹ clausule illi⁹ q̄ subiungit. In ipa qui
dem sui vacuitate p fruitiuū amorē spūs
pdit semetipm deiqꝫ claritatē nullo inter
mediāte suscipit. Spūs semetipm p tāto
dicit pdere. qz ī tali statu vbi spūs huma/
nus intantū amoris feruorē supra se rapi
tur vt merito sine spū esse dicat. factus est
tanq̄ vas pditū. eo q̄ semetipm nō sentit
sz penit⁹ a seipo extinanit absorbet ⁊ defi/
cit. luce clari⁹ ꝓstat q̄ ꝓgrue dicit q̄ regina
saba spūm suū pdidit q̄ vltra spūm nō ha
bebat. Sic sil'r paul⁹ ꝓueniēter dicit spi/
ritū suū pdidisse qn̄ in raptu ꝓstitut⁹ vtꝫ
in corpe vel extra corpus esset ignorauit.
Qn̄ aūt mens humana hūc supmum ver
ticē id est mētis excessū attigerit tunc dei
claritatem nullo intermediāte suscipit qz
ab omnib⁹ imaginib⁹ ⁊ simbolis absoluit ⁊
ab oīb⁹ opatōib⁹ oīm viriū appbensiuarū
tā inferiorꝫ q̄ superiorꝫ ociat atqꝫ in super
substātiale radiū diuine luciditatis ducit
remoto omni velamine ⁊ īmediate deo vni
tur. sicqꝫ dei claritatē nullo intermediāte
suscipit. Istud autez qd dicit ac sine inter
missione ipe fit ea claritas quā accipit sat⁹
claret ex pdictis nō sic intelligendū/ ⁊ qua
liter doctores sancti idē sentiūt. Qn̄ ī epi
stola inferi⁹ annotata sic habet. Vac hora
incēsi sic aq̄ gutta vniat infusa multo vi/
no. Sic ista efficit lux in dño optimata ī
optimo. Optima quippe ac omipotēs ef
ficit. qn̄ in optimū ac in omipotentē tota
trajicit Qui satis ꝓcordat supꝫ septimū an
gelice hierarchie dicēs. Contēplatio ē dei
fica sil'itudo qz dū p eā illuminati lucētes
fiūt qdāmodo ipi⁹ lumīs lucētis sil'itudi
nē accipiūt. Qūo em̄ aer solis luce pfusus
in eandē trāsformat lumīs claritatē adeo
vt nō tā illuminat⁹ q̄ ipm lumē esse vide/
atur. Et sic ferrū in ipm ignē missū magis
efficit ignis q̄ ignitū. Sic viri pfecti cha
ritate induti siue imbuti charitas vident
poti⁹ vt emphatice loqr q̄ charitate suc/
censi. Induimini ergo dnm sic aer lucē si
cut ferrū ignē. ⁊ eritis lux in dño. Sic em̄
ferrū inflāmatū accipit ī se formā ignis et
dat se totū ⁊ nō partē ⁊ eripit se sibi/ rema
nendo ī se substātialiter inflāmatū/ ita aīa
vnita deo p ignē diuini amoris q̄si totam
dat se ⁊ mittit se in deū ⁊ in deū trāsforma
ta nō mutata substātia ppria trāsformat
se totā in deo amore q̄ est vita sua ⁊ p amo
rē fit q̄si tota diuīa. Naturale nāqꝫ est qn̄/
cunqꝫ aliqd trāsformat in aliud istud acci
piat ppriētates ⁊ ꝓditōnes illi⁹ nature in
quā trāsformat. Sic igit mēs deuota cū ī
lumē thearchicū trāsformat fit qdāmodo
claritas quā accipit. ¶ Itē qd sequit depē
detqꝫ nostꝫ esse creatū ab esse eterno ⁊ fm
essentialē existentiā vnū cū illo est/ sic acci
piendū est. q̄ mēti nre diuīa essentia realit
⁊ p̄sentialiter cōicat. Ubiqꝫ tot⁹ est de⁹ p
existentiā sz nō in singulis eqliter p efficiē
tiā. Et licet ex toto se vbiqꝫ opet tn̄ nō to
tū qd potētie sue ē vbiqꝫ īmo poti⁹ nusq̄ꝫ
opat. Qn̄ qz ppriū est diuine nature reb⁹
illabi ⁊ eoꝝ intimis cōmorari ⁊ p sui illa/
psum ꝓseruare rerꝫ naturas ne decidāt in
nō esse. idcirco dicit q̄ nr̄m esse creatū de/
pendet ab esse eterno. iuxta illud qd phs
dicit ī libro de celo ⁊ mūdo. Ab h̄ quidez
ente. s. deo depēdet celum ⁊ terra. Et qz ex
nature sue ppriētate cōpetit ipi deo vt in
habitet ī intimo aīe rōnalis. ppter qd dic
Aug. tu intimior intimo meo. ppterea di/
cit q̄ esse nostꝫ creatū fm essentialē existē
tiā vnū cū illo est. diuerse substātie sūt spi/
ritus dei ⁊ spūs hoīs ⁊ ergo spūs hoīs nō
est ita vn⁹ cū spū dei sic fili⁹ cū patre vnus
est de⁹. Sz qz illapsu sue p̄sentialitat⁹ in/
habitat aīaz rationalē quā inter oīa crea/
ta imagine sua insigniuit. penes quā ima
ginē transformat trinitati psonaꝝ ⁊ ptici
pabilis est diuine nature ⁊ beatitudinis il
lius. ideo dicit q̄ omne nostꝫ creatū fm es/
sentialē existētiā vnū cū illo est. De⁹ em̄ sā
ctis suis triplicē vnionē tribuit. s. nature.
gre. ⁊ gl'ie. Et de hac vnione naturali per
quā de⁹ cōmorat in intimo aīe rōnalis di
ctū istud est intelligendū. ¶ Qualiter aūt
illud fit accipiendū. Uniuersi quoqꝫ sup
sui creationē in vite ꝓtēplatiue altitudie
sublimati vnū sūt cū hac deifica claritate
īmo ipa claritas ipi sūt. atqꝫ in eo q̄ videt
⁊ qd videt lumine idē fiunt. satis patet ex
pdictis ⁊ spēaliter ex his q̄ dicta sūt in illa
clausula. Ac sine intermissiōe fit ipa claritas

quã accipit. Nõ enim vult autor iste dicere
q spũs adherẽs deo p amplexũ vnitiuũ ⁊
supra se rapt⁹ virtute extatici amoris q si
at vn⁹ vel idẽ cũ deo simpliciter substãtie
identitate qz ꝗ est impossibile sz fit vn⁹ cũ
deo/trãsformatõis silitudine/gr̃eqz ⁊ bea
titudinis participatione/feruidi amoris
amplexu ⁊ inhesione Et ꝗ satis innuit in
his ꝟbis q̃ postea subiũgit vniuersi deuo
ti spũs vnũ cũ deo pfundo amoris deflu/
uio sũt effecti nõ quomodolibet q̃dẽ vnũ
sz idipm qõ est ipa in se essentia dei. eo mõ
quẽ deifica beatitudo reqrit. Et istud idẽ
multi sancti doctores dixerũt. s. beat⁹ dio/
nisi⁹. Bernard⁹. Hugo. sic patet ex supra
allegatis. Sic in ipa beatissima trinitate
a patre filio egredit ab vtroqz spũssanctus
amor ver⁹ pcedens ꝯnectit patrẽ ⁊ filium
sic a fonte bonitatis supne sapiẽtia vnitiua
pcedens mẽti deuote illapsa tanta vnio/
ne ipam ꝯnectit spiritui ĩ tanto vt mereat
vt vnũ dicat esse cũ ipo Hãc vnitatẽ pete
bat xps cũ dicebat. Rogo pr̃ vt ipi vnum
sint sicẽ ego ⁊ tu vnũ sum⁹ ¶ Proinde his
verbis q̃ sequunt. videt insup sentiũt ⁊ in
ueniũt p ꝗ deificũ lumen se fm esse vitãqz
suã increatã eandẽ fore simplicẽ diuinita/
tis abyssũ satis mihi ꝯcordare videt sen/
tentia sancti augustini in. vi. lib. ꝯfessionũ
vbi dicit. Inde ãmonit⁹ redire ad meipm
intraui in intima mea duce te ⁊ potui qm̃
fact⁹ es adiutor me⁹ ⁊ intraui ⁊ vidi q̃licũ
qz oculo aie mee supra eundẽ oculum aie
mee supra mentẽ meã lucẽ dñi incõmuta/
bilẽ nec ita erat supra mentẽ meã sicẽ oleuz
supra aquã. nec sicut celũ supra terrã sz su
perior qz ipe fecit me ⁊ ego iferior qz fact⁹
sũ ab ea. Qui nouit veritatẽ nouit eã. no/
uit etnitatẽ charitas nouit eã ¶ Ad cui⁹
euidentiã est sciẽdũ q creature pexistũt in
mẽte diuina siue ĩ deo simpliciter ⁊ vnice
⁊ ꝗ q̃tum ad tria exẽplaria fm rationẽ di
stincta. Primo pexistũt creature in diuia
essentia fm rõnes suas pfectionales ⁊ qz
omnes pfectões sũt in deo vnitissime ideo
sic sub omnimoda distinctõe in essentia p/
existũt diuina essentialit̃ potẽtialit̃ ⁊ cau/
saliter. Scdo pexistũt in mẽte pr̃na origi
naliter fm rõnes suas ydeales ⁊ iõ ibi pu
to apparet creaturaꝝ distinctio fm rõnez
intelligẽdi. Tercio pexistũt in ꝟbo eterno
tanq̃ in exẽplari. pprio q̃tũ ad rõnes su/
as factiuas ⁊ exemplares. ⁊ ideo ibi appa
rent silitudines rerꝝ sub distinctõe pfecta
Est autẽ intelligendũ q cũ creatura dicit
in deo pexistere fm silitudinẽ suã exẽpla/
rẽ nõ est intelligendũ q illa silitudo sit ali
qõ additũ essentie. qz sic aliqõ accidẽs ca/
deret in deũ. Sz illa silitudo est realit̃ ip/
sa diuina essentia ⁊ ipm verbũ intellectuz
tñ cũ habitudine. put est imitabile ⁊ ptici
pabile a creatura. Vult ergo autor in ver
bis ptactis dicere q qũ mẽs rõnalis rapi
tur ĩ diuie lucis abyssũ ⁊ supra se eleuatur
statim deũ sentit ⁊ inuenit ⁊ experimẽtali
suauitate degustat. q ipa creatura non est
aliud in deo fm suũ ydiale q̃ ipa creatrix
essentia. put dicit Anf ¶ Porro illud vl
timũ dictũ q sepedict⁹ mgr̃ censet calũni
andũ ⁊ reprobandũ videlicet. Illic spũs
est supra semetipm trãslat⁹ ⁊ deo viuifica
tus gustãs vadẽsqz in vnitate viuide abis
sus in q̃ sese fm esse suũ increatũ possidet
immẽsas diuitias q̃ ipemet est iuxta eum
modũ q̃ eas de⁹ gustat ⁊ videt. non discre
pat a veritate si recte intelligat ⁊ pie inter
ptet. Intellect⁹ enim horꝝ verborꝝ talis est.
q qũ spõsus celestis introducit spõsã suã
in cellã vinariã id est abyssũ sue dulcedis
ei ꝯcedit degustare tũc plenũ gaudiũ ⁊ p/
fecta delectatio spõse id est mẽti deuote p
pinant ex q̃bꝫ totũ desideriũ ei⁹ pfecte q̃e/
tat. qz tũc introducit in gaudiũ dñi sui. et
in cubiculũ genitricis sue qõ nihil aliud est
q̃ ipsa diuina essentia sub rõne obiecti be
atifici ⁊ vt exẽplar ⁊ ydea rõnalis creatu/
re. qz vt sic habz mentẽ rõnalez pprie qui
etare ⁊ tũc assequit vbertatẽ ⁊ affluẽtiã di
uine gr̃e a q̃ ois satietas ⁊ gr̃e fecũditas in
aiam diriuat. qz in claritatẽ verbi diuini
transformata deificat. vbi gustat ĩmensas
diuitias q̃ ipemet est. qm̃quidẽ aia infini/
tatẽ illi⁹ gaudij nõ comphendit. sz tñ bea
tificã eius identitatẽ raptim apphendit.
iuxta modũ supra expositũ. Istud maxie
fit in raptu ¶ Pro declaratõe aũt illi⁹ di
cti qõ subiungit gustãs ⁊ videns immẽsas
diuitias iuxta eũ modũ quo eas deus gu
stat ⁊ videt est diligẽter aduertendũ q ver
bũ eternum est quedã refectio mentalis ⁊
qõdam gaudiũ intellectuale ipsoꝝ ange/
lorum ⁊ omniũ beatoꝝ q̃ pari voto ⁊ con
cordia plene possidẽt omnẽ thesauꝝ cele/
stis sapiẽtie ⁊ bonitatis diuie. q̃ ꝺ torrẽte
diuie voluptatis ꝯtinue potant. ⁊ ab vber/
tate suauitatis in ea degustant puritate

obiectiua qua deus fruit in seipo/ideo di
cit q̃ gustāt ⁊ vident immēsas diuitias iu
xta eū modū quo eas deus gustat ⁊ videt
¶ Ut aūt finē loquēdi faciā ⁊ textū cū glo
sa proferā.cōclusio finalis oīm p̄dictor ⁊
explanatio p̄clara dictor illi⁹ tercie p̄tis
de ornatu spūaliu nuptiar stat in isto/q̃
sancti iuxta vaticiniū Isaie.pphete in ter
ra sua duplicia possidebūt/q̃ sancti ī pa/
tria duplicīter reficient ⁊ beatificabunt/
hoc modo.q̃ vires ⁊ potentie rōnales ad
imaginē pertinētes.s.memoria intelligen
tia ⁊ voluntas bibēt de fonte viuo ī ea pu
ritate obiectiue sicut de⁹ sua fontali boni
tate fruit in seipo.⁊ iste eedē vires satiabū
tur ⁊ inebriabunt ⁊ hoc essentialiter gau/
dio fruitionis ⁊ gustu intellectuali diuine
dulcedinis/vbi p efficaciā diuini luminis
absorpte in diuine suauitatis degustatōe
⁊ ampleru ⁊ inhesione ꝯsummati amoris
sopient.⁊ requiescēt ab oīni opatōe intel/
lectuali⁊ ⁊ sic iste vires semp erūt actiue et
operose cū hoc quiescentes ⁊ ociose/semp
famelice semp saturate/diuersis tñ respe/
ctib⁹. Istud donū quibusdam sanctis licet
paucissimis ꝯcedit in hac vita.sic Paulo
datū fuit in raptu.sz hoc nō fixe non īmo
biliter sz raptim trāsitorie ⁊ fluxibiliter si
cut supra dictū est. Istius opinionis fuit
autor isti⁹ libri d' ornatu spūalium nupti
arum ⁊ eiusdem opinionis arbitror fuisse
beatū dionisiū.sicut patet inspiciēti libr
suū de mistica theologia.⁊ huic opinioni
ego adhereo sz nō pertinaciter. Si q̃d em
h dictū videt qd' appareat repugnare ve/
ritatib⁹ articulor fidei.hoc totū reuoco ⁊
correctioni sancte matris ecclie ī qua xps
suā sanctissimā autoritatē trāsfundit me ⁊
quicq̃d hic dictū est sūmitto ¶ Ad extre
mum hoc infero q̃ magistra intelligēdi est
experiētia,put sancti testant. Et ille opti
me veritatē iudicij nouit qui eā nō audiē
do solū sz gustādo ⁊ faciendo didicit. Qui
em veritati vnit⁹ est ex ipsa vnione bñ no
uit q̃ bñ sentit.q̃nis eū multi corripiant
tanq̃ mentis excessum passū In tali ergo
materia q̃ solum p experientiā ⁊ gustū co
gnoscit.magis est credendū his q̃ noticia
experimētali hec gustauerūt q̃ his q̃ solo
lumine intellect⁹ ⁊ litterarum studio pol
lent. Hec autē sapientia vnitiua ⁊ anago
gica q̃ omnē rationis apphensionem tran
scendit sola diuina īmissione percipit.q̃
nō tantū affectū supra se erigit ⁊ amore ex
tatico sponso altissimo creaturā perfecte
vnit sed insup intantū eleuat intellectū vt
multo plus omni prudētia ⁊ cognitōne di/
uinis fulgoribⁿ illustret q̃ aliquo ingenij
exercitio valeat obtineri. Et ergo non vi/
dent mihi recte sapere qui nolunt q̃ aliq̃s
de diuinis scientijs disserat nisi fuerit phi
sicis ⁊ naturalib⁹ scientijs p̄ditus ⁊ imbu
tus Incongruū em videt intantū nature
deferre studio artis ⁊ sollercie hominū/q̃
plus possint hominib⁹ afferre q̃ gratia q̃
repente agit.subito imprimit.infallibili/
ter docet.⁊ inhesitanter facit existere men
tes in his que docet.⁊ luce clari⁹ que alijs
vident obscura demonstrat. Ipa em sapi
entia ⁊ scientia que sola sancti spūs influ/
xione percipit certissima ⁊ amātissima cō
probat.q̃ sine omni dubitatione ⁊ opinio
ne,pcedit/⁊ omnē alteri⁹ discipline leuita
tem excedit. Hāc doctrinā p̄clare sapien/
tie sibi soli īcreata sapia refuare voluit vt
sciat oīs mortalis creatura q̃ est doctor ī
celo qui solā verā sapientiam solis electis
scolarib⁹ per celestes emissiones ⁊ sue cla/
ritatis radios manifestat ⁊ omnes mundi
sapientes confutet.cū simplex vetula vel
idiota ad isti⁹ sapientie vnitiue ꝯsurrectō
nem pfecte possit attingere quā nulla phi
sica scientia vel mortalis industria appre
hendit. Que meli⁹ intelligimus melius p
ferimus. Spiritualis omnia dijudicat.et
ip se a nemine iudicatur ¶ Patet ergo ex
his quomodo sanctissimi ⁊ excellētissimi
doctores qui in vtraq̃ specie templatio
nis pfecti fuerunt eadem docuerūt ⁊ sense
runt que tercia pars libri de ornatu spiri
tualium nuptiarum dogmatisat licet for
te sub alijs verbis. Non aūt refert diuersi
tas narrationis vbi eadem res narrat sic
dicit beatus Augustin⁹. Et ergo p̄dicta
doctrina non est abijcienda ⁊ eliminanda
sz vbiq̃ sustinerī potest absq̃ periculo er/
roris tanq̃ consona ⁊ ꝯformis sanctorum
patrum traditionib⁹/vnde quia ꝓba hu/
ius libri ex fervido affectu ⁊ vigore dile/
ctionis prolata sunt.non sunt recipienda
fm sensum quē fm sonum vocis videtur
facere/sed fm sensū pro quo fiunt intelli/
genda sunt ⁊ interpretāda/⁊ fm materiaz
subiectam sermones eius expetendi. Ista
sunt spiritualia ⁊ mistica ⁊ ideo solis spi/
ritualib⁹ sunt comunicanda ⁊ cōmunicanda

nec huiusmodi in scholis sunt tractanda Sed esto q̃ sepedictꝰ autoꝛ in aliquibus forte nõ ita dixisset sicut aliqui vellent. vl̃ quoniã melius vl̃ veriꝰ dici quiuisset. que cura de hoc. In opusculis tractatoꝝ ml̃ta coꝛrigenda inueniunt. Si ad abiectionem alicuiꝰ tractatꝰ sufficeret aliqd̃ dictũ in eo coꝛrigendũ. pauci tractatus recipiẽdi essent Negare nõ possum nec debeo aut Aug̃. sicut in ipis moribꝫ meis. ita multa esse in tam multis opusculis meis q̃ possunt iusto iudicio ⁊ nulla temeritate culpari Itẽ idem. noli meis litteris quasi canonicis scripturis inseruire. sed in illis et qd̃ nõ credebas incunctanter tibi inuenendum crede. in istis autẽ qd̃ certũ habebas nisi certum vel certe intelleꝛeꝛis noli firmiter tenere. Nõ em̃ par autoꝛitas scripture canonice debet ⁊ eaꝝ expositõibus In omnibus bene agere ⁊ in nullo deuiare nõ est humanitatis sed deitatis. Estimo tamẽ q̃ doctrina eius quantũ ad intellectum suũ in paucis calumniã patiatur. licet forte quedã planiꝰ ⁊ irreꝑhensibilius potuisset dixisse. Hec dicta sufficiãt contra eos qui doctrinaꝝ predicti viri videnꝯ calumniari sub coꝛrectione tamẽ semper melius sentientiuꝝ ¶ Sed dicet aliquis quis est iste qui ausus est os suum ponere in celum ⁊ respõdere domino Cancellario parisiensi discretissimo ⁊ eruditissimo viro. Fateoꝛ charissime q̃ ego sum minimus clericoꝛum ⁊ religiosoꝛum qui nõ sũ dignus vt soluam coꝛrigiam calciamentoꝛum domini mei Cancellariꝫ qui incõparabiliter vita moribꝫ ⁊ scientꝫ me ꝑcellit. Protestoꝛ tamẽ q̃ non ostentationis gratia nec temeritatis motus audacia ꝑsumpsi respondere obiectionibꝫ tanti viri Sꝫ duo sunt que me mouerunt ⁊ incitauerunt ad scribẽdum ista. Primum est qꝛ emulatoꝛ existẽs paterne traditionis ⁊ zelum gerens pro doctrina patris nõ potui patienter sustinere vt ille liber quẽ ꝑ spiritum sanctũ spero fuisse compilatũ vilipẽderetur abꝫceretur ⁊ contemptui haberetur. Secundũ est qꝛ annuens pꝫs ꝓcibus ⁊ desiderꝫs fratris bartholomei qui instãter put quibusdã referentibꝫ intelleꝛi roganit sibi intellectũ verboꝝ illius tercie partis libꝛi d̃ ornatu spiritualium nuptiarum exponi ⁊ reseraꝛi institi ⁊ laboraui inquantũ potui dicta tercie partis prefati libꝛi explanare ⁊ ad quẽ intellectum essent capiẽda enodare. Si scripsi vt debui approba tu ⁊ tui. Si vero nõ vt debui ignosce xp̃e tu ⁊ tui. Amen.

¶ Finit libellus Johãnis de schoenhauia i quo defendit dicta fratris Johãnis Ruysbroech cõtra magistrum Johannẽ de Gerson Cancellariũ parisiensem.

Epistola magistri iohannis de Gersonno ad fratrem Bartholomeum Carthusiensem contra predictã defensionem.

Gratia tibi ⁊ pax vir exẽplo Job simplex ⁊ rectus ⁊ timẽs deum. Oblata est mihi nuper sicut nosti grandis epl̃a tendẽs saluare modos locutionũ positos in tercia parte tractatus cuiusdã intitulati de ornatu spiritualiũ nuptiarũ. Quos ego modos alias ꝑ catholice veritatis sinceritate seruanda aput animos minus instructoꝛũ ostẽdi ꝑ epistolã tibi directã nõ esse seruãdos. Hꝫ quid agimus. Quo nos inter tot occupationes vertimus. Itaq̃ faciendi plures libꝛos vel epl̃as. arguendo vl̃ replicando nullꝰ est finis. Hstemus igiꝯ infra limites epl̃e prime. ⁊ ꝑ ꝓsideratões aliquas. facili planoq̃ stilo sumptas ex eadem/iustificatio sua monstretur.

Nobis ad certã regulaꝝ loq̃ fas est/posita est illic sententiosissima hec. verissimaq̃ augustini sentẽtia/q̃ tollit barbarã ꝓfusionẽ linguaꝝ a sacra doctrina/nã qualis altera esset efficatioꝛ via ꝓhibendi edificationẽ turris dauitice in bonũ. q̃ꝫ si fieret nominũ vl̃ terminoꝝ ꝑ libito cuiuslibet variatio. Nõ em̃ tũc intelligeret vnꝰ alteruꝫ in quadã babilonis ꝓfusiõe laberemur Nõ ergo sufficiẽter excusat autoꝛ tractatus illiꝰ ꝑ suũ defensoꝛeꝫ q̃ sic ait. Et si sit aliq̃s eroꝛ in dictis suis ille solũ stat i q̃d nominis. nomina aũt sunt ad placitum. ⁊ ideo talis eroꝛ nõ est magni ponderꝫ. Si em̃ sancti doctoꝛes vt Augꝰ. ⁊ hieronimꝰ